



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

L.9.

**Manerium
de Dulwi^{ch}**

|| **Curia** barronis Francisci Cawilton Armigeri Manerij sui predicti **ibidem** tenta die Mercurij **videlicet** Vicesimo septimo Die Martij Anno Regni **Domini nostri** Jacobi dei gracia Anglie Frauncie et Hibernie Regis fidei defensoris &c Tercio et Scotie Tricesimo octavo Coram Willelmo Barnard Senescallo **ibidem**

Essoine

Nullus . /

Homagium

Ellizeus Parry } **Jurati**
Nicholaus Foster }

Edmondus Curson et } **Jurati**
Henricus Emersonne }

In primis Dicunt super sacramentum suum quod Thomas Parrye generosus tenens Customarius huius Manerij citra Ultimam Curiam scilicet Vicesimo die Martij 1604 Annoque Regis Jacobi secundo Sursumreddidit in Manus Domini huius Manerij per Manus Henrici Emerson et Elizei - - Parrye Duorum Customariorum tenentium huius Manerij in presencia Nicholai Foster Edmondi Curson Johannis Mathew Johannis Ewen Johannis Howe, et Johannis Staple tenentium Customariorum Manerij huius hoc testantium, Tres partes vel purpatias in quatuor partibus devidendas unius Messuagij sive tenementi tunc in tenura sive occupatione Dicti Thome Parrye cum omnibus horreis

stabulis edificijs gardinis pomarijs Curtelagijs cum pertinencijs Dicto Messuagio sive tenemento
 vel
 spectantibus ^ apertentibus , pariter cum tribus partibus vel purpartijs (in quatuor partibus Devidendis)
 Unius campi vocati Home Felde continentis per estimacionem sex acras sive plus syve --
 minus , Unius alij Campi vocati Churchfelde continentis per estimacionem quatuor acras Unius
 alii Campi vocati litle Brownings continentis per estimacionem Duas acras , et Unius alii campi
 vocati the Lordshipp cloase continentis per estimacionem tres Acras syve plus sive minus ad
 opus et Usum Johannis Berrye de Dulwich^{ch} yoman heredum et assignatorum suorum imperpetuum ^
 Qui quidem Johannes Berrye modo presens hic in Curia in propria persona sua petit se - -
 admitti, ad easdem tres partes vel purpartias (in quatuor partibus Devidendas) de predicto Messuagio
 sive tenemento cum omnibus et singulis suis premissis predictis cum pertinencijs secundum Formam et
 intencionem Sursumreddicionis predictae , Et quia petitio ipsius Johannis Berrye per
 Senescallum , Homagium et Curiam modo hic ex assensu Domini inventa est Vera Justa et - - -
 Rationabilis , Ideo Dominus per Senescallum suum modo hic ad istam eandem Curiam concessit
 eidem Johanni Berry totas illas tres partes vel purpartias , in quatuor partibus Devidendas
 Dicto Messuagij sive tenementi cum omnibus suis pertinencijs pariter cum tres partes vel purpartias
 in quatuor partibus Devidendas de predictis separalibus clausuris cum pertinencijs Habendum et tenendum
 eidem Johanni Berrye heredibus et assignatis suis de Domino istius Manerij per copiam rotulorum
 Curie ad voluntatem Domini secundum consuetudinem Manerij predicti per virgam et redditum
 servicia et consuetudines inde prius Debita et de Jure consueta , Et dat Domino De fine
 inde §--- iij x^{ei} s et fecit ^ inde fidelitatem , et habet inde seisinam per virgam et admissus est
 inde tenens /

Finis §--- iij x^{ei} s

[apparently in the same hand, but with a finer nib :]

Ad hanc Curiam Henricus Emerson tenens Custumarius huius Manerij
 presens hic in Curia in propria persona sua sursum Reddidit in manus Domini Unam

acram terre sive pasture , sive plus sive minus , vocatam sive cognitam per nomen
De Kennells Acre , ac totum Jus titulum clameum et demandam quod habet[sic] sive
in futurum habere poterit -- / nunc in tenura sive occupacione dicti Henrici
vel assignotorum[sic] suorum -- /

[End of K4 [previously L9] (recto). K4 [previously L9] (verso) is completely blank.]

[End of Roll K4 [previously L9].]